







17

1.

2.

3.

4.

5.



1756

1. Meulthuis, Cornelis Benjamin : De oratio Pasco . . .
Oratio .
2. Buder, Christianum Gualter, Fac. jur. Decanus : De gratia
et obtinenda praebendas doctores academicis con-
cessis . Simulque Conr. Theophili Graunii solennia
inauguralia indicit .
3. Buderus, Ambrasius Gualter : Programmata , ad Censuram
linam pastoralis De sententia et re judicata sine
de justis vicariis in imperio Romano singu-
lariter sic dicto " sub quo argumenta Franci
Anthonis Ruchii . . . Dissertationem inaug . . .
indicit .
4. Buderus, Christianus Gualter : De confortatione fandi
per almodia .
- 59^b = Oichmarus, Francus Wilhelmus : De correctione et do-
natione nec distincte praestanda . 2 Sampl.

1756.

6. Graunius, Cordus Theophilus: De superuacua delictorum
divisione in publica et privata moribus nostris 11.
7. Heimburgus, Dr. Leg., vid. jus. decanus: Praeura: 12.
De interuentione principali anomala; Gual. Fried.
Vresidenmanni . . . dissertationi praemissum.
8. Heimburgus, Dr. Leg., Jur. consult. ord. decanus: Praeura: 13
De praescriptione immemoriali contra legem pro
hibentem valente; Fr. Lubovici Schmidii . . . 14.
in ang. dissertationi . . . praemissum
9. Heimburgus, Dr. Leg.: De praescriptione ^{actionis} ~~causationis~~ 15
pignoratitiae directae. 2 exempl.
10. Haeppel, Dr. Augustus: De remediis legitimis a duobus 16.
sententias praesertim in Augustiniano consilio tem-
porali Aulico latus.

1756

11. Mueller, Franc. Steph.: Sententiae protestantium naturae doctorum de lege naturali.
12. Schmid, Paul Wilhelm: De effectu paenitentiae et custodiae circa ferturum; illiusque poenitentiam, ad illustrandum artic. C.LXX Const. C. in Caroli V.
13. Schroeterus, Jo. Simeon: De summo supplicio in loco ubi crimen perpetratum est.
14. Walchius, Jo. Simeon: De jure naturae veterum Germanorum.
15. Wierand, Georgius Stephanus: De Carolo Magno artium liberalium restauratore summo.
16. Wundtlich, Francos: De re litigiosa non compensanda.





24
COMMENTATIO

1756, 15

DE

CAROLO MAGNO
ARTIVM LIBERALIVM RESTAVRATORE
SVMMO

170

QVA

VIRVM PERILLVSTREM
GVILIELMVM HAIMARDVM

LIB. BARONEM

A WOLLZOGEN

ET NEVHAVS

NOBILEM AVLICVM

IAM IN PATRIAM REVOCATVM

VT MVNVS GRAVISSIMVM ASSESSORIS REGIMINIS
ALTENBURGICI

IPSI

A SERENISSIMO DVCE SAXO-GOTHANO
DELATVM ADMINISTRET

LAETVS LVBENSQVE GRATVLATIONE PROSEQVITVR

IVSSV SOCIETATIS LATINAE IENENSIS

GEORGIVS STEPHANVS WIESAND

VOHENSTRVSO - PALATINVS EIVSDEMQUE SOCIETATIS COLLEGA

IENAE

LITTERIS SCHILLIANIS

CIDCCCCLVI.



COMMENTATIO

CAROLO MAURO

AVGVSTI

AVGVSTI

1719

AVGVSTI

GALLIENI HAMARBY

AVGVSTI

A WOLLZOGEN

ET NEVANS

AVGVSTI

AVGVSTI

AVGVSTI

AVGVSTI

1719

AVGVSTI

AVGVSTI

AVGVSTI

AVGVSTI


AVGVSTI

AVGVSTI

AVGVSTI

AVGVSTI

AVGVSTI



Handwritten notes or signatures in the right margin.





Quo ampliora sunt eorum merita, qui omnem operam in litterarum studiis amplificandis ponunt, eo maiori industria est eorum memoria renouanda. Quo vero certiora sunt signa, quae ex scribendi genere desumuntur ad hominum mentes perspiciendas disciplinarumque statum cognoscendum, eo magis praecleara eorum est diligentia, qui magno studio dicendi genus eorum, quorum nomina immortalitati sunt consecrata, perferunt. Paucis vberimos, quos disciplinae ex hoc labore capiunt, fructus demonstrabo. Quum verba sint rerum, quas mente comprehendimus signa, necesse est, ut, si illa negligimus, haec quoque nobis obscurae videantur. Scripta vero aliorum multa cognitione nostra omnino digna continent. Idcirco rationem, qua illi cogitationes litteris consignarunt, perspicimus oportet. Quid? Quod ex stilo facile statum, in quo doctrinae versantur, intelligimus. Quodsi enim plurimi, qui eadem aetate floruerunt, scriptores vtuntur orationis genere ieiuo, frigido ineptisque referto translationibus, istis temporibus doctrinarum

III

studia esse vehementer neglecta, prudentissimus quisque sibi persuadebit. Satis id comprobant tempora saeculi septimi, octavi et quae illud sequuta sunt. In primis hoc testatur illud temporis spatium, quo scholastici, gens satis quidem acuta, sed saepius nugis dedita, magnam sibi gloriam conciliauerant. Quod si quis hanc sententiam esse reiiciendam, existimauerit, omnium paene temporum monumenta illum facile mouebunt, ut eandem amplectatur. Ut alia omittam, modo ad fata, quae doctrinae subierunt, animum attendat. Quamuis vero omnium, qui alius eruditionis laude praestiterunt, scripta digna videantur, quae doctorum hominum manibus conterantur, nescio tamen, quomodo fieri soleat, ut monumenta ab hominibus, splendidis honoribus exornatis, relicta nobis magis probentur. Prae ceteris debitis laudibus illi sunt condecorandi, qui litteras, ad interitum ruentes, restituerunt doctosque viros largissimis praemiis aluerunt.

INTER eos haud infimum locum occupat CAROLVS MAGNVS, cuius res gestae iisdem, quibus fidei cursum, terminis continentur. Quum vero hic imperator non solum doctos homines summis praemiis adfecerit; sed et ipse quaedam ingenii monumenta reliquisse videatur, me haud operam perdere puto, si et CAROLI artium restauratoris memoriam renouo et paucis de genere orationis, quo illius scripta sunt confecta, disputo. Accedit, quod nonnulli piis fraudibus dediti, ipsi quaedam monumenta affinxerunt, quae tali auctore haud sunt digna.

OPTIME omnium EGINHARDVS CAROLI res gestas memoriae mandauit. Hic vero illi magnam laudem tribuit, quod et sermonem romanum graecumque intellexit artiumque liberalium doctores amplis hono-

honoribus exornauit. a) Tunc omnia paene artium ingenuarum studia collapsa erant. Pleni sunt querelarum de misero litterarum statu libri, illa aetate conscripti. b) CAROLVS vero summo, quo potuit, studio disciplinas restaurauit aliosque, vt maiorem in iisdem excolendis industriam ponerent, excitauit. c) Deinde ex rerum monumentis satis perspicimus, CAROLVM scholam Lutetiae Parisiorum instituisse. d) Artibus tamen illa limitibus erat circumscripta. Nam vnico elegantiorum artium studio erat consecrata. Media vero aetate omnis eruditio septem artibus liberalibus terminabatur. A meo instituto alienum esse, existimo, scholas, quas ille exstruxit, copiose recensere, cum hoc argumentum multi iidemque doctissimi viri persequuti sint. e)

A 3

MVL.

a) Hoc praeclarum de CAROLO MAGNO testimonium scriptum legimus in EGINHARDI *vita CAROLI M. cap. 25.* his verbis: *erat eloquentia copiosus et exuberans, poteratque quicquid vellet apertissime exprimere. Nec paruo tantum sermone contentus, sed et peregrinis linguis ediscendis operam impendit: in quibus latinam ita didicit, vt aequae illa ac patria lingua orare sit solitus: Graecam vero melius intelligere quam pronuntiare poterat.* B. IACOBVS BYRCKHARDVS in commentario de *fatis lucinae linguae in Germania tom. 1. cap. 3.* CAROLVM laudibus celebrat, quandoquidem non tantum de patrio siue germanico sermone bene mereri studuit, verum etiam de latino adiuuando sedulo cogitauit optimus imperator. Digna sunt, vt legantur, quae iste *tom. II. cap. 3* de CAROLO annotauit. Consule quoque MELCHIOR INGHOFERYM in *bistoria sacrae latinis lib. 6. cap. 8.* et DONAT. ACCIAIOLVM in *vita CAROLI*, quae in FREHERI *corpore*

Francicae bistoriae exstat, tom. 1. pag. 558.

b) Ex multis adferam locum ex LXXI abbatis Ferrarientis epistola 34. editionis Baluzianae, qui ita legitur: *nunc litterarum studis paene obsolecis, quorum quisque inueniri possit, qui de magisterium impericia, librorum penuria, orti denique inopia merito non queratur? Ipse vero LXXVS multum studii in humanioribus litteris posuit. Hinc eas in epistola 35. EBHARDO commendauit.*

c) Vide elegantissimam *commentationem* S. R. CHRIST. GVIL. FRANCO. WALCHII, qui pag. 10. CAROLVM tanquam artium restauratorem praedicat idque testimoniis scriptorum pulcre confirmat.

d) De hoc argumento consule HERMANN. CONRINGIVM *antiquitatum academicarum disertatione* I. pag. 44. p. 77. in editionis quae CIOID. CLXXXIII Helmstadii prodit.

e) vide eundem pag. 290. et *segg.* libri



MVLTA vero huic Imperatori magno scripta affinguntur, quae illius haud consentanea sunt ingenio. Huius generis est epistola, quam ille ad regem PIPINVM scripsisse fertur. *f*) Praeter ea plures supersunt *constitutiones g*), illius iusfu atque auctoritate litteris mandatae. Annumero illis *constitutionem*, quae contra FELICIS et ELIPANDI adfelas promulgata est, et *edictum*, quo imperator summus disciplinam cultus religiosi emendare voluit. Resipiunt haec instituta pium dicendi genus et dictis, ex codice sacro desumptis, sunt referta. Non est meum, hic pluribus de iis, quae CAROLVS MAGNVS legibus Germaniae adiecit, disferere, cum viri, quos honoris causa nomino, HERMANN. CONRINGIVS *h*) et CHRISTOPH. GOTHOFRED. HOFFMANNVS *i*) feliciter hunc laborem susceperint. Nec hic id mihi negotii datum esse existimo, vt omnia, quae ab hoc imperatore profecta esse creduntur, diplomata excutiam,

PRAE

libri adducti. *Nobilissimus* quoque IOANN. MATTH. VOLDVS orationem de *societate litteraria* a CAROLO MAGNO instituta, in nostra societate A. S. R. CIOCCCLII. recitavit eodem anno editam. De CAROLO MAGNO *scholarum et bonarum artium instauratore in occidente* praecclare egit IOANN. LAVNOIS in libro de *scholis celebrioribus* cap. I. Lege quoque IOSEPH. CARAEAE libr. de *gymnasio Romano* pag. 110. et *segg.* Adde EVCHAR. GOTTLIEB. RINKIVM in *disertatione* quae inscribitur: *imperatores primi perperui ac soli academiarum in Germania auctores* pag. 13. et *segg.*

f) Adiecit istam HAIMINSFELD. GOLDASTVS *constitutionibus imperialibus* pag. 9. GOLDASTVS vero in *rationali con-*

stitutionum imperialium pag. 15. de ista epistola haec pronunciat: *videtur mihi nec vera nec genuina, sed impostoris hominis ineptum figmentum, verus tamen et tempore aut praeterpropter (quomodo mihi persuasit) Orthonis I. commentum ad historiam Caroli Magni.*

g) Leguntur haec *constitutiones* in laudati GOLDASTI libro adducto pag. 2. et *segg.* De scriptis vero CAROLI generatim egit IOANN. ALBERT. FABRICIVS in *bibliotheca latina mediae et infimae latinariae* libr. III. pag. 940. et *segg.*

h) libro de *origine iuris germanici* cap. 12. et *segg.*

i) *specimine coniecturarum politicarum de origine legum germanicarum* pag. 57. et *segg.*

PRAE ceteris libros de impio imaginum cultu ipsius CAROLI auctoritate esse conscriptos, contendo *k*). Vfus fuit in istis conficiendis ALCVINI industria. A CAROLO ipso nullum librum esse relictum ex quodam EGINHARDI loco CELEBERR. CHRISTOPH. AVGVST. HEYMANNVS *l*) collegit. Ipsum vero CAROLVM haud iure posse huius libri vocari auctorem, vel ex eo patet, quod saepius in illo ad codices sacros, hebraico sermone exaratos, prouocatur *m*), quos CAROLVM euoluisse, nemo sibi persuadebit. Quod si vero EGINHARDO fidem habere debemus *n*), omnino imperatorem maximum quaedam litteris tradidisse, arbitremur necesse est.

IAM ad dicendi genus latinum, quod summus imperator adhibuit, accedimus. Vfus fuit magistro dicendi, qui tunc magna auctoritate valebat, ALCVINO, cuius nomen cum plures, tum ille de arte rhetorica dialogus praese ferunt *o*) ALCVINUS in hoc dialogo CAROLO

MAGNO

k) Id quod multis quoque argumentis comprobavit IOANN. DAVID. KOELEVVS in *commentatione de bibliotheca CAROLI MAGNI* p. 25.

l) in praefatione huic libro praemisâ pag. 48. Verba EGINHARDI inveniuntur in cap. 25. *vir. add.* Sunt vero haec: *venabatur et scribere*, quae vir Celeberr. de librorum compositione interpretatur. Ego eorum potius sententiae accedo, qui CAROLVM maiusculas litteras concinne effingere voluisse, putant. EGINHARDVS enim cap. 29. haec de eo narrat: *item barbara et antiquissima carmina, quibus veterum regum actus et bella canebantur, scripsit memoriaeque mandavit. Inchoavit et grammaticam patrii sermonis. Quomodo vero carmina scribere potuisset, nisi arte ducendi litteras instructus*

autem? Fieri potest, ut quaedam voces in hoc loco sint omisae. Tuetur hanc sententiam vna cum PETRO LAMBECCIO, CHRISTIAN. HENRIC. ECKHARDVS in introductione in rem diplomaticam, p. 73. ALBINVS CAROLI praceptor, multas ad hunc imperatorem dedit litteras, quae CANISI lectionum antiquarum tom. 1. reperiuntur. Plura de huius studio critico adtulit IOANN. GVILIEL. DE BERGER in dissertatione de eruditione Saxonis Carolini, pag. 42. et seqq.

m) vt in cap. 12. et 13.

n) in loco antea allato.

o) Exstat ille in corpore antiquorum rhetorum latinorum, quod FRANCISCO PITROEO debemus, pag. 359. In hoc dialogo CAROLVS vocat ALCVINVM venerandum magistrum.



MAGNO de elegancia et ornatu sermonis praeclara praecepta tradit. Ipse vero imperator regulas stili *dialogus* pulcre obseruauit. Commendat se ille et perspicuitate et venustate. Quodsi quis in eo quasdam dictiones barbaras inesse cognouerit, eas istis temporibus tribuat. Ratio instituti haud permittit, vt plura de genere dicendi CAROLI adferamus.

AD TE iam, VIR PERILLVSTRIS venio. Cuius vero tanta est dicendi vis, tam incredibile scribendi genus, vt virtutes, quibus TUA mens est exornata, non dicam recensere; sed aequis praedicare possit laudibus. Splendore TVO profecto laudem pretiumque, quod viri longe doctissimi nostrae societati tribuunt, mirifice auxisti. Non possumus non toties incredibili voluptate affici, quoties vberimos, quos ex TVO eruditissimo colloquio percepimus, fructus in memoriam reuocamus. Doler adhuc moeretque nostra societas, quod tam praeclarum ornamentum, tam eximium decus amisit. At vehementer laetatur, TE iam splendidis esse condecoratum honoribus. Gratulatur illa dignitatem TVAM, quam amplissima merita TUI conciliarunt. Est, quod ciues gaudeant, se tam sapientem accepisse iudicem. In primis vero PERILLVSTRIS PARENS TVVS, quem honoris causa nominò, TE, tam felici virtutum suarum herede delectatur. Quod igitur faustum fortunarumque esto, Deus immortalis TE ad ciuium salutem natum omni fortunae genere cumulet. Conferuet TE saluum incolumemque, vt in posterum quoque TE tanquam Musarum tutorem colat respublica litteraria. Nihil vero magis abs te perimus, quam vt nostram societatem benevolentia TUA complecti pergas.

Faue illi, faue quoque mihi.








Jena, Diss., 1756



ND 78







B.I.G.

Farbkarte #13

UMENTATIO

1756, 15

DE

LO MAGNO
RALIVM RESTAVRATORE
S V M M O

170

QVA

PERILLVSTREM
VM HAIMARDVM
B. BARONEM
OLLZOGEN
EVH AVS

BILEM AVLICVM
PATRIAM REVOCATVM
VISSIMVM ASSESSORIS REGIMINIS
LTENBURGICI

IPSI

MO DVCE SAXO-GOTHANO
TVM ADMINISTRET

VE GRATVLATIONE PROSEQVITVR
ATIS LATINAE IENENSIS
STEPHANVS WIESAND

INVS EIVSDEMQUE SOCIETATIS COLLEGA

IENAE

IS SCHILLIANIS
CICICCLVI.

